

in nuptias

Reverendi Humanissimi atq; Doctissimi VIRI,

Dn. ADAMI ALBINI
 FRIDLANDIA OPPOLITANI, Ec-
 clesiæ Christi n. t. Pastoris in Simenau vigilantissimi
 SPONSI

*Jungentis sibi conjugii fædere lectissimam, pudi-
 ciissimamq; Virginem*

ANNAM MARIAM,

Nobilis Praestantisimi Viri

Dn. Procopii Aichel à Porschitz &c.
 p. m. relictam filiam

n. t.

Reverendi atq; Doctissimi viri

Dn. Andreæ Peuferti, Pastoris de
 Ecclesia Christi, quæ Medziborii colligitur,
 meritissimi, & Senioris in Ducatu Olsnensi dignis-
 simi adoptivam
 SPONSAM.

Ab amicis & fautoribus conscripta & consecrata

18. die Septembbris

Anno Æra Christianæ M. DC. XLVI.

OLSNAE SILESIOR.

Ex Officinâ typograph. Johann - Seyfferti.

Reverendo Domino Sponso ob
novos amores.

Votum devorum qvia poscis Sponse Polite,
Accipe, sed paucis quod mea Musa canit.
Quam DEUS adducit fidam, castamq; maritam,
Qvam sociam lecti, qvam sociamq; precum,
Incolumem servet, foveat, juvet, augeat, ut sit
Et sine lite domus, non sine prole thorus.
Sic bené curret opus, succedent ordine cuncta:
Vita, salus, soboles, curia, templa, domus.

ex animo gratulatur

M. GEORGIUS SEIDELIUS Ecclesiæ
Olsnensis Aulicæ & oppidanæ Pastor
primarius'. 1018371

Anna Maria Sponsa.

En nunc sponsæ tibi datur Anna Maria precanti!
Hospita grata igitur tollat amaritiem.
Nam quia tam dulci gaudet, quam nomine amaro
Sponsa, suo factis Manna sit Anna viro.
Herbulæ Amaroris cum crescent non sine questu
Majorana potens blanda Maria cluat.

Ada-

Adamus Albinus Sponsus.

Sponsus virum terræ designat Nomen Adami;

Hinc repleas terram prole, nepote, grege.

Ut fuerint, qui sint induiti vestibus albis

In Templo, atq; Domo denique in Arce poli.

Hochzeit Rezel

In roth vnd weisse Erd ein Eichel wird versetet/

Die bitter/ vnd zugleich anmutig ist geschähet

Doch wechst kein Eichel draus: Ein weisser Stam sich findt/

Mit einem roten Zweig/ dran süß vnd bittr frucht sind

Raht wer wolrahten kan/ was dieses thu bedeuten?

Der Hochzeit Tag / vnd die drauff folgenden Jahrszeiten

Auflossen werden diß/wen man die Namen beid

Des newen Paares wird fort pflanzen mit bescheid.

Ita benevolentia ergo alludebat ad Nom: &

Cognom: Conjug: Novell: Adami Albini

Sponsi, &

Anne Maria Aicheliane Sponse

Andreas Peusertus Pastor & Senio-

Medzibor: sponsæ Avunculus.

Jucunda præteritorum laborum recordatio.

Cum mæsta ex patria discederet optimus olim

Sponsus, parens constans religione tuus;

Tunc ego cum fidis ipsi optabamus amicis

Felix incepsum quo gradigetur iter.

Appulit is Domini longinquam Pannoniæ aram

Commissum populum sedulitate docens.

Interea in patria mansisti longius arte

Nobilium natos jugiter erudiens.

Post patris ad nutum migrasti matris ad ædes

Bugantzi Ludum dexteritate regens.

Sed placuit Domino, qui providet omnia, justo,

Ut natale citò reppeteresq; solum.

In quo te voluit dignum verbi esse ministerium,

Qui verbo Christi pascere possit oves.

Gratulor ergo Tibi, mandato munere fungi

Ut prius in Ludo sic modò perge, rogo.

Et quia jam pia casta Tibi proba dicitur uxori,

Sis etiam gratus fedulus atq; probus.

Det Tibi Nestoreos annos cum conjugé J O V A

Faxit & ut numeres pignora multa thori.

Hoc BÓNE NATE BONI voveo tibi corde Parentis

Qui mibi nunc duplice junctus amore! Vale.

Non tantum honoris & amoris ergo

Verum etiam in piam boni ac beati sui Parentis

memoriam paucula hæc adjicere voluit

BARTHOLOMÆUS HILSCHERUS

Ecclesiæ patriæ Berolstad. Diaconus.

Adamus Albinus

Hinc Anagrammatismi redeunt Sequentes:

Nubila : da Musas !

Blanda usi Musa ;

Da Libana ! sumus

Sum Ada, Libanus,

Damus alba sinu.

Ad labium sanus,

Bina Musa ludas.

Adaamus Albinus

per Anagramma :

Bis Adamas, alnus.

Adama

Adam Albini.

per Anagramma :

Albini dama.

Nubila ne veniant, da Musas barbaries ;
Da pueros forment nubila discutiant !
Usi te blandâ Musâ pueri juvenesq.
Te talem celebrant publica, priva, Schola.

Libana da ! verbi Doctores, Libana montem
fructu qui referant, dicio sponse : sumus.

Ada [sive decus] sum, Libanus atq; potenti [Ada Hebraum est,
sed virtute DEI, nam damus alba sinu. ab הַר עָרָן ornavit]

Verbi Doctorem te sic acclamo eapropter, [alba, b. e. doctrina]
Sanus es ad labium, dogmata pura doces. nam puram, non
Sis Adamas, alnus bis, constans praeo Jehovæ, atras heresios ma-
Ceu Pater, enludas binaq; Musa pie ! leg, vita tenebras]

Te tanto Sponso quia Sponsa Jehova beavit ;
Dic ; Evidem Albini dama manebo lubens.

Anno, quo

Iras exsirrat DeMon no XIas & Inqvas,
SCit qVla Is Iræ horas non s'pereff sibi. [1646.]

Ita Rev. Dn. Sponsi honoribus gratulari voluit & debuit

M. CASPAR Neuholdt
Diaconus Eccles. Bernstad.

Unius uxorius Myßkam decet esse Maritum
Testatur Paulus, dum dia verba docet.
Hec animo volvenstu verbi Presul Adame
Ducere vis sociam sub tua tecta piam.
Laudo propositum. Cæptis Deus adsit, & ornet
Pnevmate te, Sathanas ne mala quæg, serat.
Sit procul à thalamo livor, ne jurgia crescant,
Sit procul invidia & pernicioſa Venus.
Vivite concordes sectando in amore columbas
Qua nimio fastu in pectore felle carent.

Crescite, ferte pios fructus, pia pignora multa
Quæ vestros animos letificare queant.
Quæ sint Christiadum vera & veneranda propago
Conseruans verbum, quod Deus ipse dedit.
Et postquam saturis vita mors rumpet utrisq;
Cursum, transportet sub sua tecta Deus.
Hæc pia vota novis jam jam perarata maritis
Fac Deus, ut dextræ sint rata dante tua.

Anagrammata continentia collocutionem Sponsi

1. Cum Sponsa

DA ANIMUS ALBUS.

Da mibi cor purum, si quid dare vis & amare
Namque animus cordi purus & albus inest.

2. Cum Christo.

Da mibi Christe animus semper sit purus & albus,
Ut tua sincere verba docere queam,
Sponsa cum Sponso.

Anna Maria Weissin.

An vis amari? En sinu.

An vis Sponsæ meo complecti corde & amari?

En me carbæco mox tege queſo sinu.

Chronodistichon continens annum, mensem & diem nuptiarum.

Ter ſenos ſolles Infert VIIber ab axe

Vxor Lata ple Vt fertVr ADAMe tIBI.

ESAIAS WOCHIUS
Ecclesiæ Minister Schollendorf;
& Stradom: Affinis Sponsi.

Dulce merum è niveis Christus mutaverat undis,
Quando novis nuptis optimus hospes erat.
Sic tibi mutabit latices, Doctissime Sponsæ,
Atque dabit rutili pulchra fluenta merti.

Sic

*Sic rogo, sic voveo; vos corcula binas secundet,
Albine, Eichelia, haec sint rata vota; Deus!*

Suo mellitiis. Dn. Compatri Fratri & Sponso adelam.

*JOHANNES TSCHIRBOCHIUS Wartenb. Sil.
p. t. Pastor in Stein & Görsdorff.*

Eugenius.

Nupèr Sponse, novelle candidate
Lecti, carmen amoris atq; honoris
ad REM CONJUGI beatiorem
promisi Tibi, ne putato, quælo,
Frater, me memorem exuisse mentem,
durat mente reconditum sed illud:
ALBIS PECTORIS ergò cogitata
ALBINE accipe, Amice singularis.
ANNAM dum sociat Tibi MARIAM
Autor conjugii, parente quondam
prognatam egregio, pio atq; claro;
gaudens ex animo Tibi & triumphans
sanctè gratulor has beatitates,
læti conjugii & suavitates,

*

*

*

*

*

ANNA MARIA per Anagramma IN, AN, AMARA.

IN Thalamos, Albine, tuos venit ANNA MARIA
CAN sit AMARA rogat? Non sit AMARA, precor.
Nomine si forsè videatur AMARA MARIA
Corriget hoc ANNÆ GRATIA grata benè.
Votivæ adelam E. adprop.

PANCRA TIUS HEINIUS
Scholæ Namsl. p. t. Rector.

Te Vittebergæ IOVÆ MUSISQ; sacratum
Et CONVICTOREM Te vidi, favis Amice,
In Patria & video tractantem dogmata sacra:
Nunc verò SPONSUM Te cerno, Frater amandæ.
Quid precer ergò Tibi sic florenti atq; vigenti?
Prosperet & porrò conatus summus IOVA,
Et cor cœlesti perfundat Numinis aurâ,
Prætereà thalamum dítet dotetq; futurum,

Adsit

omnes conjugiq; dulcitates,
Sit mens una, Fides, Amor, cor unum,
Coitote animis amore vero,
ac in Rem subolis, domusq; avitæ
Marte incumbite sedulò at amico,
Vobis gaudia mutuò create,
contrà tristia mutuò fugate,
& vobis mala mutuò levate
Absint semina vera gaudiorum,
absint semina dura sed dolorum
absint à thalamis {acerba} {amara} cuncta.
Et sic Sponse meos habes phaleucos
cum quevis insuper Anagramma mitto.

Adsit amor longus, concordia, vitaq; longa.
Hæc precor, hæc voveo, votis da pondus Iova.

Ita suo Amico fido & olim Commensali in Academis
Vittebergenij animitus appreccatur.

C A S P A R D ö r i n g M o n s t . S i l :
S chola Namst: Synergus.

Sic Tarsensis Apostolus: minister
Verbi conjugis unius maritus
Sit Jovæ memor institutionis.
Hæc tecum bene ponderans Adame,
Christi Pastor ovilis ordinate,
Adjungis tibi conjugem, pueram
Insignem pietate, castitate,
Quam vita integritas, decusq; for-
Commendat, genus, educatioq; [mæ
Uti quæ sociæ queas laborum,
Quæ consors quog; fida sit maloru:
Præsens auxilium periculorum.
Non te à proposito minans ruinam
Deterret stratiota: nam locas spem
Jovæ in præsidio. Beata Jovæ
Spes confusa: recedit hæc enim spes
Non confusa, sed id, quod optat, au-
Hanc, ô Spöse, tibi, tueq; nuptæ fert.
Hanc votis calidis beatitatem
A summo genitore nullus inter
Fautores utriusq; non precatur.
Quæs imparlicet, ut pote imperity
Cantandi, quid ego pari novorum

Sponsorum (pietate sic jubente)
Quid, queso, precer? Ecce vota votis
Illorum mea jungo. Jova tadas
(Facta pace chori, fori, toriq;))
Sponsis his faciat beatiores
Et dulcore favi suäviores:
Det charam sobolem, sed audientem
Dicto. Nam steriles magis beatae
Tada, quæ mala quas propago vex-
Donet præterea omne, temporalis [at:
Vita quod petit usus, & malorum
Vertat colluviem procul; sinatq;
Ilos Mathusala videre soles.
Et tandem saturos solo dierum
Ambos transferat in polum, relin-
[Est si posteritas futura] prolë (quens
Quæ vitæ referat piæ Parentes.
Hec vobis animo favente vota
Fundens finio. Dic Amen Jehova.

Dn. Sponso ut amoris sic
honoris ergo f.

Michael Niclas
Ludim. Medzibor.

O Præses Thalami nostris conatibus adiis
Fautorum & votis, annue quæso piis.

Sponsus A. A.